

QUESTIO VI

De Scientia futurorum contingentium conditionatorum.

Quaestio haec olim Augustini temporibus inter Semipelagianos & Catholicos agitata, feculis nuper elapsis iterum excitata, divisa tenet praecipuas Theologorum Catholicorum Scholas, quorum aliqui in utramque partem tomos integros impleverunt. Sane arduum est explorare scire, qua scientia, & in quo medio futura conditionata contingentia libera cognoscatur Deo. Utrique enim angustiae sunt, a quibus, ut scite ponderet Sanctus Augustinus in Enchirid. cap. 95. non nisi postquam in claritate beatitudinis liberabimur. Nos ergo hic siccis, & quantum far erit ad Candidati mentem parandum, materiam hanc expediemus.

DUBIUM I.

An Deus futura conditionata contingentia certo cognoscatur?

S. I.

Praemissurus aliqua.

I. SUpposito ex dictis, futurum duplex esse: unum absolute, quod nimirum, ut sit, nullam requirit conditionem, alterum conditionatum, cujus futuritioni aliqua apponitur conditio, ut, si petieris accipietur. Illud, de quo agimus, in duplici differentia esse potest. Vel enim ejus conditio infallibiliter Deo statuente ponitur, & sic tale futurum infallibiliter erit, quo sensu, cum futura esset Incarnatio Verbi, si Adam occidisset, postea Adami peccato, Incarnatio peracta fuit. Vel ejus conditio nunquam ponitur, ut converso Tyrriorum, quae fuisset, si Christus illis predicasset, quia tamen Christus illis non predicavit, nec fuit, nec erit unquam, fuisset tamen, si Christus sua predicatione illis potius, quam Corozaitis intenuisset. Hic de conditionatis secundi generis sermo est, Nam quae sunt primi generis, supposito decreto de conditione ponenda, transierunt in absoluta.

II. Porro conditionata, quorum conditio nunquam ponitur; alia sunt de conditione proforsum impossibilibus, ut, si homo esset bos mugiret; alia de conditione proforsum disparata, ut, si Turca dormiret, Papa oraret; alia de conditione aliquam connexionem habente cum positione eventus. Talis autem connectio potest esse, vel necessaria, vel etiam probabilis, & conjecturalis. Si est necessaria, vel est necessaria metaphysice, ut illa, si sol interierit, dies esset; vel necessaria naturaliter, ut, si ignis applicetur ligno arido, illud comburet, vel necessaria, ut, si certis sola certitudine morali, ut, si Petrus ponatur in gravissima tentatione, & specialis gratia non adveniat, tentationi succumbet. Si vero est tantum conjecturalis, est, ut illa, si Tyrus, & Sidonii audierint praedicationem Christi converserintur.

III. Adverto insuper, propositionem conditionalem sumi posse, vel in vilationis, vel ut enunciativam futuri. Si sumatur in vilationis, ejus veritas, vel falsitas regulabitur ex bonitate, vel malitia illationis, ideoque conditionalis, cujus conditio connectitur infallibiliter metaphysice cum positione eventus, est necessario vera in vilationis, ut ista, si Sal lucret, dies esset, & ista pariter, si Deus decreveret efficaciter conversionem Tyrriorum, Tyrus converserentur, ubi decretum ponitur, ut expressa conditio, & similiter ista, si Deus scit aliquid futurum, illud erit, quia in omnibus istis conditio infallibiliter metaphysice connectitur cum eventum, & est bona consequentia a positione conditionis ad positionem eventus. Eadem ratione vera erit ista de conditione impossibilibus, si homo esset bos, mugiret, quia licet impossibile sit, quod homo sit bos, & quod mugiat, & proinde falsum; utamen si esset bos, bene inferretur, quod mugiret; ac propterea hujusmodi veritates certo cognoscit Deus scientia necessaria.

IV. Opposita vero ratione propositiones conditionales de conditione non inferre infallibiliter metaphysice eventum, si sumantur in vilationis erunt omnino falsae, & ut tales certo a Deo cognoscuntur scientia naturali, seu necessaria. Nam veritas cujusvisque propositionis in sensu illativo sumptae fundatur super bonitatem consequentiae; sed in praefatis conditionibus, in quibus conditio non connectitur infallibiliter cum eventum; non est bona consequentia; quia etiam postea conditio, potest non poni eventus: in bona autem consequentia dari non potest antec. verum, & consequens falsum, ergo erunt falsae; & cum consequentia, quae semel est mala, semper sit mala, & necessario fallax: ergo cognoscitur a Deo per scientiam necessariam. Quamobrem praenotatae propositiones, si de conditione disparata, si de conditione morali, quia quidem, solum conjecturaliter, vel etiam certitudine morali, quin etiam naturali, si in vilationis sumantur, erunt naturaliter falsae, quia in eis mala est consequentia, cum absolute dari possit antecedens verum, & consequens falsum.

Quia tamen praefatae propositiones sumi possunt, non in vilationis, & illativae, sed ut enunciativae alicujus sub conditione futuri, ideo in praefatis de illis hoc modo sumptis quaestio est, an Deus certo cognoscatur futura illa sic enunciata sub conditione non connecta infallibiliter, sed vel disparata, vel connecta solum probabiliter, si vale certitudine morali, aliaque, quae non sit omnino infallibilis.

V. Nota tandem, scientiam Dei futuri sic explicatis dici posse infallibilem, tam ex parte subjecti, quam ex parte objecti, quia scilicet non solum cognoscatur certo modum, quo illa futura ex vi conditionis sunt, sed ea cognoscatur, ut quoad

eventum in se futurus; sed etiam posse infallibilem ex parte subjecti tantum, quatenus praefate cognoscatur futura illa, ut futurus sunt, ex vi conditionis, nempe contingenter solum. Hoc pacto quidem certo, & infallibiliter cognoscitur a Deo certitudinem est. Nam, ut docet D. Th. q. 2. de veris. art. 12. ad 7. Cum dicitur, hoc est futurum, vel fuit futurum, designatur ordo, qui est in causa illius rei ad productionem ejus. Quamvis autem causa, quae sunt ordinata, ad aliquem effectum, possint impediri, quod non sequatur effectus; tamen non posse impediri, quin forent aliquid ad hoc ordinata. Unde licet, quod est futurum, possit non esse futurum, nunquam tamen potest non fuisse futurum. Ergo sicut cum causa est connecta infallibiliter cum eventum, certo cognoscitur Deus eventum infallibiliter futurum; ita quando causa est connecta connexionem morali, cognoscitur certo, & infallibiliter eventum certo moraliter esse futurum; & quando causa habet connectentiam solum conjecturalem, certo cognoscitur, quod consequenter eventus effectus; & quando nullam habet connectentiam, sed disparate se habet, certo cognoscitur, quod ex vi talis cause effectus neque eventus, nec non eveniet. Ergo quod necessaria est, quae quod querimus est, num de praefatis futuris conditionatis etiam certo cognoscatur, an sint de facto, positione conditionis, in re ponenda, ut afferit propositio, necne?

Catholicus Theologi (uno; vel altero excepto, volente praefata conditionata solum conjecturaliter a Deo cognosci) afferunt, ea a Deo certo, & infallibiliter cognosci, certitudinem nam ex parte subjecti, sed etiam ex parte objecti; nimirum, an determinate sint eventura, vel non eventura?

S. II.

Afferio prima.

VI. Deo primo. Deus certo certitudine metaphysice ex parte objecti cognoscitur futura contingentia conditionata de conditione conducente ad positionem eventus, vel determinate fore, vel determinate non fore. Prob. primo. In scripturis plura Deus revelavit, ut conditionata futura sub conditione non ponenda; ergo ea certo cognovit. Si enim ea, ut certo futura posita conditione pronuntiasset, & ea certo futura stante tali conditione certo non cognovisset, ejus infinita veritas in cognoscendo, & veritas in dicendo detrimentum pateretur. Anteced. prob. primo ex 1. Reg. 13. ubi David de tribus conditionate futuris consulit Dominum. Primo; an, si visisset, percussisset Philisthaos Ceilam obidentes, & Ceilam liberasset? Cui respondit Dominus: v. 2. Vade, & percussit Philisthaos, & Ceilam salvabit: quod factum est. Secundo, cum respiceret David, Ceilam manens, Saulem copias parare, ut Ceilam everteret, ipsumque capere, rursus consulit Dominum; an, si mansisset Ceilae, Saul ad eam expugnandum descenderet? Respondit Dominus v. 11. Descendat, id est (exponit S. Hieron. q. 1. de tribus in lib. Reg.) si Ceilae manente, & Saule descendente, viri Ceilae tradiderint ipsum essent, ac socios ejus in manus Saulis, & de hoc Dominum consulisset; Respondit Dominus v. 12. Tradidit, id est, ut Hieron. citatus explicat: si descenderet Saul, & hic se inveniret, tradidit. Ex his tribus futuris conditionatis, de quibus David Deum consuluit, primum fuit de conditione implenda; alia vero de conditione non implenda; sed primum certo cognovit, & praenunciavit Deus: eventus, ut Deus praedixerat; ergo & alia duo certo cognovit, & posita conditione, ut Deus praedixit, evenissent.

VII. Secundo probatur antec. ex 2. Reg. cap. 11. v. 21. ubi respicit Deus, quod Exod. 34. v. 16. olim veterat filius Israel, nimirum ne cognubia jungant cum alienigenis uxoris sibi vicinis: non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredietur ad vestras: certissimo enim avertent corda vestra, ut sequamini Deos earum; quibus praedicit, quod si Israelitae decerent uxores alienigenas, certissime avertentur a vero Deo ad Deos alienos; esto autem respectu Salomonis, & aliorum, qui de facto alienigenas duxerunt, fuerit de facto implenda praedictio, manit tamen conditionata respectu aliorum, qui poterant cognubia ducere cum alienigenis, nec tamen duxerunt.

VIII. Tertio probatur illo celebri dicto Christi, qui Matth. 11. v. 21. & Luca 10. v. 13. reprobrans Corozaitis, & Bethsai didis eorum obdurationem: Pa iis (inquit) Corozain, & iis Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone facta essent virtutes, quae facta sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere poenitentiam essent. Hic praedicit Christus poenitentiam Tyrriorum, & Sidoniorum, si apud eos virtutes, & miracula patrafset, quae in Civitatibus Corozain, & Bethsaida patrafverat; poenitentia autem Tyrriorum, & Sidoniorum erat futura sub conditione nunquam implenda; Hanc ergo Christus certo noverat futuram; si eis praedicallet; alioquin nec ira acriter exprobrasset, nec ita certo Tyrriorum, & Sidoniorum, praere Corozaitis, & Bethsai didis poenitentiam afferisset.

Hinc D. Augustinus lib. de dona perseverantiae cap. 9. relatus a D. Thoma 3. p. q. 2. art. 5. ad 2. ait, Quomodo possunt dicere, Tyriis, & Sidonitis salubris apud se virtutes factis credent voluisse, aut credituros non fuisse, cum ipse Deus avertent eis, quod aliter essent magna humilitati poenitentiam, si in eis facta essent divinum illa signa virtutum?

IX. Quarto probatur ex sapientia cap. 13. ubi de Justo praematuram mortem ex hac vita adeptum dicitur: captus est, ne malitia muneris intellegit opus, aut ne fuisse diceretur animam illius. Certo igitur noverat Deus, justum illum fore in malum mutandum, & deceptioni obnoxium, si dicitur vixisset, alioquin inconsulto praematura morte ipsum expulisset.

vapuisse et vivis: Unde D. Cyrillus lib. 3. contra Julianum de Adami lapsum, & mox inflata ei poena loquens, laudat Porphyrii dictum, quo ad Nemeritum scribens, ait: Deus autem, qui futura novit, alios quidem propter pietatem etiam juvenes vita parcipit: alios vero propter eorum, qui necessarii claudis futuri sunt per eos. Horum autem mox, futuris obnoxibus calamitatis proximis. Et D. Joan. Chrysol. lib. 1. ad Stagirium a Damone vexatum: Quid ergo de illis dices, inquit, qui autemquam per atatem bona, vel mala discernere possint, quasi maxime peccaverint, supplicia afficiuntur? Cui inter alia respondet. Cum plurimos illorum futuros nequam peccaverint Deus, eos veluti compediibus quibusdam hujusmodi supplicia coercet. Praeficit ergo Deus, quod, si supplicis, quasi compediibus non frenarentur, nequam futuri essent, ideoque eos malis coercet.

X. Plura alia Scripturae testimonia hanc veritatem confirmant, ut illud Ezech. 3. v. 9. Non enim ad populum profundi sermone, & ignota lingua tu miteris: & v. 6. Et si ad illos miteris, ipsi audient te. Illud Jeremia 38. v. 17. Selectae Reg. si profectus auerit ad Principes Regi: Babilonis, vives nomen tuum, & Civitas haec non succendetur igni, & salvus eris tuus, & domus tua... Quod si vultus egeris... non effugies manus eorum... capietis, & Civitatem hanc comburet ignis. Cum autem Sedecias non fuisset egressus ad eos, sed sigillat, captus fuit, etque effossi oculi fuerunt. Sciebat ergo Deus, quod si Regi Babilonis occurrisset, capiendus non fuisset Sedecias. Illud tandem Christi Matth. 24. v. 22. Et nisi brevitas fuisset dies illi, non fieret salva omnis caro: sed propter Electos abbreviaturur dies illi. Sciebat ergo Christus, omnes fere perituros, si diu duraret Anti-Christi persecutio, qui tamen ob brevitas persecutionis illius dies non peribunt.

XI. Huic veritati suffragatur etiam ratio. Quidquid enim est verum, scitur, & certo cognoscitur a Deo, quem, utpote infinitum in cognoscendo, nihil verum latere potest; sed futura conditionata non minus ac futura absoluta sunt vera, & certo cognoscibilia pro omni instanti reali; ergo &c. Minor probatur. Non minus est contradictio immediata inter ista duo conditionata futura, si Judas tali modo vocetur a Christo, conversetur, & illud, si Judas tali modo vocetur a Christo, non conversetur, quam inter ista duo absolute futura, Judas conversetur, & Judas non conversetur: sed ratione hujus contradictionis propositiones erunt absolute futuras, & non futuram Judae conversionem, sunt contradictoriae; & una illarum pro omni instanti reali determinate vera, altera falsa; ergo similiter duae propositiones enunciatae conditionate futurarum, & non conditionate futurarum Judae conversionem, erunt contradictoriae, & una determinate vera, altera falsa: quia conditionalis supra absoluta de eodem objecto non addit, nisi dependentiam a conditione, qua posita, si sequitur eventus, erit vera; si posita non sequitur, erit falsa.

Confirmatur. Propositiones, quae pro quolibet instanti reali habent causam suam veritatis, vel falsitatis sunt determinate verae, vel falsae; sed hujusmodi sunt propositiones de futuro conditionato; ergo &c. Minor probatur. Nam Deus vel ab aeterno decrevit positionem futuri dependentem a conditione enunciata, vel decrevit oppositum, vel suspendit decernere. Si decrevit, propositio affirmans erit ab aeterno determinate vera, & negativa falsa. Si vel decrevit oppositum, vel nihil decrevit, propositio negativa erit determinate vera, & affirmativa falsa; ergo &c.

XII. Probatur secundo. Omnis cognitio possibilis, quae nullam dicat imperfectionem. Deo afferenda est; sed notitia certa, & non conjecturalis tantum de futuris conditionatis est possibilis, nec Deo indigna; ergo &c. Minor quod sit possibilis, patet ex dictis, nam conditionate futura habent determinate veritatem, vel falsitatem; ergo certo futuri cognoscibilia. Quod vero non sit Deo indigna, prob. Tum quia scire quodcumque est scibile summa perfectio est, immo imperfectio est illud non perfecte scire. Tum etiam, si futura conditionata revelare Deo indignum non est; ergo multo minus ea certo scire. Nam si certo non sciret Deus, ut certa non revelaret. Si enim, quod solum nobis est certum moraliter, non potest a nobis veraciter affirmari absolute, multo minus potest affirmari a Deo, cum in eo non possit dari iudicium, cui metaphysice possit subesse falsum. Ea enim, quae a Deo revelata sunt, gaudent certitudine fidei; quae non solum est moraliter, sed etiam metaphysice certa. Ergo futura conditionata revelata a Deo in scripturis, vel non sunt credenda fide divina, si vel certa solum moraliter, & ut talia a Deo cognita. Vel si sunt credenda fide divina, erunt certa etiam certitudine metaphysica, & ut talia a Deo scita.

S. III.

Secunda afferio.

XIII. Deo secundo. Deus certo cognoscit futura conditionata disparata, seu certe enuntiantur futura sub conditione impertinente ad positionem eventus. Probatur primo a pari. Deus certo cognoscit; ut diximus in prima afferio, futura contingentia conditionata a conditione habente quidem aliquam connectentiam ad positionem effectus, non tamen certam, & infallibilem; ergo etiam certo cognoscet ea conditionata, quorum conditio nullam habet connectentiam. Consequentia probat. Neutrum futurum habet ex sua natura nexum infallibilem cum conditione, & neutrum ex sua natura fundat ex vi tali conditionis futuritionem determinatam; ergo si hoc non obtineat conditionata primi generis a Deo

certo cognoscuntur, cognoscuntur etiam certo conditionata secundi generis.

XIV. Confirm. primo; Ideo Deus certo cognoscit conditionata de conditione conducente ad eventum, quia esto ex natura sua non conducente infallibiliter ad eventum, facta fuit tamen infallibiliter conducentes ex dispositione divina, ut dicemus dubio sequenti; sed eadem dispositione conditio ex natura sua impertinens fieri potest pertinens, & conducentes ad positionem eventus immo de facto hoc contingit; ergo &c. Min. probat. Primo in illa propheta Elisei ad Regem Israel, quae refertur 4. Reg. 13. vers. 9. Si percussisset quinquies, aut sexies, seu septies, percussisset Syriam usque ad consumptionem. Porro quam pertinentiam suapte natura habebat terram jaculo sexies, aut septies percutere cum devastatione integra Syria? & tamen hanc habebat ex dispositione divina. Secundo, aqua quam pertinentiam habet ad remissionem peccati originalis? & tamen aqua barifamal cum Deus alligavit. Tertio, Adami peccatum, nedum disparatum, & impertinens, sed potius Incarnatio erat a beneficio Incarnationis, & tamen Deus Incarnationem alligavit peccato Adae tamquam conditioni, quare si Adam non peccasset, Verbum Incarnatum non fuisset in hac Providentia; ut docet D. Th. 3. p. q. 1. art. 3. & cum eo ceteri Theologi, excepto Scoto.

XV. Confirmatur secundo. Futura conditionata de conditione disparata habent determinatam veritatem, vel falsitatem; ergo certo sciuntur a Deo. Anteced. prob. Vel enim Deus decrevit posita tali conditione eventum futurum, vel decrevit oppositum, vel nihil decrevit. Si decrevit, posita tali conditione disparata eventurum, erit determinate verum. Si vero decrevit oppositum, vel nihil decrevit, erit determinate falsum, quod posita tali conditione eveniet.

XVI. Quaes. quid dicendum de conditionato de conditione impossibili contingenter se habente ad utrumlibet, ut isto, si lapis esset homo, detestaretur Judae proditorium, certe ne a Deo cognoscitur?

Respondet negative: hoc enim nullam veritatem habet, nec ex se, ut suppono, neque ex ordinatione divina. Tale enim decretum esset ridiculum, immo absurdum; simili enim ratione posset Deus decernere, quod ipse fieret; si esset peccabilis, si esset alter Deus, & an illi resisteret, vel succumberet sub conditione, quod alter Deus existeret. Tum quia nequit Deus absolute decernere, quod lapis homo detestetur Judae proditorium, ergo neque potest hoc decernere, quod detestaretur sub conditione, quod lapis esset homo.

S. IV.

Evadenda contrariae sententiae.

XVII. Objicitur primo Curiel, Ledema, & alii, tribuentes Deo de futuris conditionatis cognitionem solum conjecturalem, varia scripturae testimonia, quibus Deus enuntiat eventus conditionatos futuros, appositis particulis forte, foreasse, forsitian. Ut Gen. 3. vers. 22. de Adam dicit Deus. Ne forte mixeris manum tuam, & sumas terram de ligno vitae. Illud superius relatum Christi Matth. 21. ubi se probabiliter tantum loqui testatur v. 23. dicens: si in Sodomis facta fuissent virtutes, quae facta sunt in te, forte mansissent usque in hanc diem: cui addi potest illud Exod. v. 8. & 9. ubi Deus dans Moysi Virgam illam prodigiorum operatricem ad conciliandam Pharaonis, & Aegyptiorum fidem. Si non crediderint (inquit) tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credens verbo signi sequentis. Quod si nec dubios quidem signis crediderint... sume aquam fluminis. Non cognoverat ergo certo Deus, an Aegyptii credituri essent viso primo signo, aut secundo, aut tertio.

XVIII. Respondet, quod si ex hujusmodi locutionibus sumamus argumentum, dicere etiam poterimus, & Deum nec certo scire, non solum quae eventura sunt sub conditione, sed absolute, sed nec etiam quae actu sunt; Nec scivisse certo Turrim, quam edificabant filii Adam, cum dicitur Gen. 11. v. 5. Descendat autem Dominus, ut videat, urrum clamaverit, qui venit ad me, opere compleverint: an non est ita, ut sciam? Nec scivisse, an aliquis justus Sodomis esset, cum dicit ibi v. 26. Si invenero Sodomis quinquaginta justos in medio Civitatis, dimittam omni loco propter eos Ec. Nec alia; quae passim in scripturis sub dubitatione a Deo pronunciantur.

Dicendum ergo est: Primo, particulam forte prolatam a Deo non significare dubitationem Dei afferentis, sed contingentiam eventus, & arbitrii libertatem. Ita S. Hieronym. in cap. 26. Jeremia ad illa verba, si forsitian audiant, & conversentur, ait: Verbum ambiguum forsitian majestati Domini non potest convenire; sed nostro loquitur affectu, ut liberum hominis foretur arbitrium: ne ex profecione ejus, quasi necessitate, vel facere quid, vel non facere cogatur.

Secundo. Verbum forsitian saepe est Dei increpantis. Ita Sanctus August. tract. 37. in Joann. n. 3. ubi ad illa verba: Si enim me scieritis, & Patrem meum forsitian scieritis: ait, Nunc, qui omnia scit, quando dicit forsitian, non dubitat, sed increpat. Attendit enim, quomodo increpative dicitur ipsum forsitian, quod videtur esse verbum dubitationis. Sed dubitationis verbum est, quando dicitur ab homine, ideo dubitant, quia nesciunt: cum vero dicitur a Deo verbum dubitationis, cum Deum nihil utique lateat, illa dubitatio arguitur infidelitatem, non opinatur divinitatem. Et ita sumendam esse particulam forte in loco citato

ex Gen. c. 3. dicit idem Augustinus lib. 1. contra Adversarium legum, & prophet. c. 15.

Tertio. Particula forte aliquando est particula expressiva, & confirmativa, & idem valet ac utique; & sic sumi debet forte, usurpatum a Christo Matth. 11. forte, id est, utique profecto manifeste usque in hunc diem; Ita exponit S. Jor. Chrysost. in dist. caput hom. 38.

Quarto. Ut docet D. Th. 2. 2. q. 171. art. 6. ad 2. esse Deus semper cognoscat de conditionate, vel absolute futuris, non solum eventum contingentem, quem habent ex ordine causarum secundarum, sed etiam exitum, quem de facto habentur facta sunt in se ipsis; semper tamen ex re vel facta habentur esse quod habent in suis causis. Talis autem fuit revelatio facta Moyse Exodi 4. nimirum, quod attendo ordine causarum secundarum, & vi signorum, futurum erat, ut si non primo, saltem secundo signo crederent; quod si necis crederent, ad ulteriora procederet, cum tamen Deus certo sciret, nulli signo eos, quorum corda induraverat, credituros. Et hoc dicendum est, alias cogere negare Deo certam cognitionem nedium conditionatorum, quorum conditio non ponitur, sed eorum etiam, quae posita conditione transferunt in absoluta, qualis fuit Israelitarum fides, & incredulitas obstinata Aegyptiorum.

XIX. Objiciunt secundo S. Augustinum, qui lib. de praedest. ss. c. 14. exponens praefatum textum Sapientiae c. 4. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, ait: dictum est secundum periculum vite hujus, non secundum praesentiam Dei, qui hoc praescivit, quod futurum erat; non quod futurum non erit. Et eodem libro cap. 12. dixerat: Unde talibus viris (id est Sempelagianis, contra quos agebat) in mentem venerit, ut futura, quae non sunt futura, puniantur, vel honorentur merita peccatorum. Item l. 2. contra duas epist. Pelagian. c. 7. Quando enim (inquit) praescit ea futura, quae illis in rebus morituris, quae voluntaria ejus falli non possunt, praescit utrum non futurae quod reperit lib. 2. de anima, & ejus origine c. 12.

S. Augustinus precensit S. Prosper episc. ad S. August. praefixa libro citato de Praedest. ss. ubi de Sempelagianis, futurum non est. S. quoque Damascenus Dialog. adv. Manich. num. 13. de Deo sic loquitur: Quis enim praesciret, quod futurum non est? Nam si quem peccatorum praevisisset, hunc non condidisset, praesentia non foret, sed error. Sicut enim cognitio est verum illarum, quae sunt, sic et praesentia earum est, quae certo futura sunt; Ergo illi praesentiam conditionatorum a Deo relegat.

XX. Respondeo primo, absque injuria asseri non posse, Sanctum Augustinum negasse Deo scientiam futurorum contingentium conditionatorum, cum lib. de corrept. & gratia, c. 8. aperte dicit, eam non nisi infanissime posse negari. Respondens (inquit) si possent, cur illas Deus, cum fideliter, & pie viderent, non tunc de vite hujus periculis rapere, ne malitia mutaret intellectum eorum, & ne sic illi deciperet animas eorum. Utque hoc in praesente non habuit, an eorum mala futura nesciret, & nescire nihil hominum, nisi perverissimum, & insanissime dicitur. Fateor ergo, non nisi perverissimum, & insanissime dicitur, Deum nescire, quod, si ille diutius viveret, a malitia contempneret, & per talem praesentiam potuisset impedire, ne illa corruptio re ipsa eveniret, istam praematuram rapienda e vivis.

Idem asserit S. Prosper respons. 8. ad excerpta Genensium. Cum aliqui (inquit) perirent, non dubitemus ipsorum merita deputari, quod perirent; quos utique posse Deum misericorditer liberare, si vellet. Et cum aliqui liberantur, non videmus desinare, quod digni fuerint liberari, quos utique posse Deum iuste damnare, si vellet. De Tyrillis vero, & Sidoniis quid aliud possumus dicere, quam non esse eis datum, ut crederent, quos etiam crediderunt fuisse, ipsa veritas dicit, si talia, qualia apud non credentes facta sunt, virtutum signa vidissent, &c. Si ergo eos sub conditione signorum fuisse credituros, veritas dicit, & verissime dixit; ergo sentit S. Prosper Deum praeservisse, & quidem certo, eos sub talibus signis credituros.

XXI. Respondeo ergo secundo ad id, quod opponitur, Divum Augustinum, & Prosperum intelligendos esse juxta occasionem, & intentum, in quo verba illa protulerunt, nimirum, sese opponendo Mallianis Sempelagianis, asserentibus, homines puniri, aut praemari propter bona, vel mala opera, ut conditionate praesentia futura, si diutius viverent, ex quibus moveatur Deus ad eos absolute vel praesentios, id est praedestinandos, aut reprobandos, ac si merita, vel demerita conditionate futura, essent absolute merita, vel demerita. Bene ergo dicitur, quod merita sic praesentia sine absolute, five conditionate ante gratiam, & voluntatem Dei illum confitentur, non sunt futura, & si Deus ex tali praesentia moveretur ad praedestinandos, five parvulos, praedestinare, & praesentire merita non futura, & talis praesentia non esset scientia, sed error. Quia enim est veritas (inquit S. August. lib. de Praedest. ss. c. 9.) quam praesentisse Christum, nisi, & quando, & quibus locis in eam fuerant credituri; sed unum praedicato sibi Christo a se ipsis habituri essent fidelem, an Deo donante sumpturi, id est, verum tantummodo eos praesentire, an etiam praedestinaris Deus, quare, atque differre tunc (epist. 102. q. 2. n. 14.) necessarium non putavit.

Ex alio etiam motivo dicit S. Doctor, merita illa, vel demerita non praesentia a Deo, ut futura, nam futura essent sub conditione, quia tamen Deus decreverat, illa absolute non

facta, non erant amplius futura, nec poterant, ut talia a Deo praesentia absolute. Hic est sensus verborum S. Augustini. Non secundum praesentiam Dei (absolutam) qui hoc praesentire, quod futurum erat, (id est preparavi) non quod futurum non erit: id est, quod ex merito immutatum fuerat longioris, ut voluntatem subvertisset, incertus non quod peccatum esse, qui permissus in tentatione non esset.

De praesentia igitur preparatoria loquitur S. Doctor, & hanc negat Deo de conditionatis, quorum conditio non ponatur: unde S. Prosper respons. 8. citata: Agnoscamus itaque (inquit) Sapienter, pingue fatemur, praesentire incommutabiliter Deum, quibus esset datum, ut crederent, aut quae datum esse sibi suo, ut ex eis non perderet quemquam: & sic hoc praesentire, beneficium sua illum, quibus nos dignatur liberare, praesentire: & hanc esse praedestinationem Sanctorum, praesentiam scilicet, & preparationem gratiae Dei, quae certissime liberantur.

Hoc eodem modo praesentiam suspensae & Damasceni, testatur ejus postrema verba: sic et praesentia earum verum est, quae certo futura sunt.

XII. Objiciunt tertio. Deus plura in Scripturis vel parte, vel per Prophetas praedixit, solum per conjecturam, nempe ex dispositione causarum secundarum: ut per Isaiam (Ezechiae) 38. v. 1. dispone (inquit) domus tua, quia morietur tu, & non vives. Per Jonam Ninivitis cap. 3. v. 4. Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur: quorum tamen neutrum eventit; ergo ex praedestinatione non colligitur certitudo divinae cognitionis.

XXIII. Respondeo ex D. Th. 2. 2. q. 171. art. 1. & q. 172. de veris. art. 10. quod triplex est prophetia. Comminationis, Praedestinationis, & Praesentiae. Earum enim est in divina cognitione amplius. Una modo, prout est in sua causa: & sic accipitur prophetia comminationis, quae non semper implentur; sed per causam praesentiatam vero causa ad effectum, qui quandoque aliis supervenientibus impeditur. Alio modo cognoscit Deus aliqua in se ipsis, vel ut scinda a Deo; & hoc est prophetia praedestinationis, vel ut scinda per liberum arbitrium hominis; Et sic est prophetia praesentiae, quae potest esse horum, & malorum, quod non contingit de prophetia praedestinationis, quae est honorum tantum. Ita D. Thomas.

Quamquam autem fides aliter eventit ac prophetia comminationis praenunciatur, est, adhuc tamen haec certa, & non pure conjecturalis est: non enim praenunciatur, quid in se fit eventurum, sed quid in ordine, & preparatione causarum fit, Ita S. Doctor 2. 2. q. 171. art. 6. ad 2. his verbis. Quae ergo vero prophetia revocatio est impetris similitudo divina praesentia, pro ut scilicet cognoscit ordinem causarum ad effectum. Et tunc quandoque aliter eventit, quam praesentur. Nec tamen prophetia subest falsum, nam sensus prophetiae est, quod infirmitatem causarum dispositionem, sive naturalium, sive humanarum actuum, hoc habet, ut talis effectus eveniat. Et secundum hoc intelligitur verbum Isai 38. Morietur, & non vives: hoc dispositio corporis tui ad mortem ordinatur. Et quod dicitur Jonae 3. Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur: id est hoc merita ejus exigunt, ut subvertatur. Ne autem secundum causarum ordinem effectus eveniret, impeditur Eecchie ostentio, & Deus, & Ninivitarum respicientia.

XXIV. Objiciunt quarto. Futura contingentia de conditio, five contingente, five disparata, non habent determinatam veritatem, vel falsitatem, nam veritas conditionalis in illatione consistit; sed in praedictis conditio non habet infallibilem illationem eventus; ergo &c.

Quod magis arguitur, Proposita conditionata de futuro contingente, vel fatis sensum, quod ita esset, esse Deus non decrevisset, vel praesentire a decreto, vel decretum includit, & subintelligit. Si primum, vel secundum, est omnino falsum, & impossibile, & ut diximus, a Deo cognoscitur per scientiam necessariam: quia cum eventus debeat esse effectus Dei, neque potest, nec cognosci, ejus voluntate exclusa, vel praesentia. Si vero tertium est quidem vera, sed necessaria: quod enim, supposito decreto de quibus, eventus sequatur, veritas necessaria est, non contingens.

XXV. Respondeo, diting. maj. non habet infallibilem illationem ex sua natura, & praedictis intrinsicis, ut illa, si Sol lucet, dies est, cons. min. ex aliquo extrinseco determinante, ut ea posita eventus sequatur, nego min. Fateor, veritatem conditionalis in bona illatione fundari: haec tamen non debet semper oriri ex praedictis intrinsicis, sed aliquando ex aliqua suppositione. Sicut autem in Meditatorum opinione, haec oritur ex suppositione eventus, sub illa conditione futuri, ita per nos, ut dicemus, oritur ex suppositione divini decreti futuri, ut posita illa conditione, quamvis non connexa ex sua natura, ponatur eventus.

Ad id, quod arguitur, respondeo, propositionem conditionalem habere veritatem, supposito decreto, importato non quidem expresse, & ex parte conditionis, sed subintellecto ex parte objecti, & effectus. Ut enim supra diximus, decretum Dei potest poni, vel ex parte conditionis, ut si dicat, si Sol lucet, dies est, hoc fore sub tali conditione, hoc erit, & sic propositio est de dictis, & necessario vera, sicut illa, si Deus sciat, hoc futurum esse, hoc erit, & in sententia Meditatorum, illa, si Deus hominum vocacione congrua vocaverit, infallibiliter confitentur. Possit etiam poni decretum, & subintelligi ex parte effectus sub illa conditione ponendi, ut si dicat, si Tyrus vidissent opera Christi, penitentiam agerent, Deo volente, & dante praedestinationem, & sic propositio est de re, & poenitentia manet contingens: contingens enim est, quod, si illis vidissent opera Christi, Deus vellet dare illis poenitentiam, cum possit vellet non dare, sicut voluit non dare

Behsai-

Behsaiidis, & sic etiam poenitentia absolute manet contingens. Ita autem esse, docet D. Prosper respons. 8. laudata ad excerpta Genensium. his verbis. De Tyrillis vero, & Sidoniis, quid aliud possumus dicere, quam non esse eis datum, ut crederent, quos etiam crediderunt fuisse, ipsa veritas dicit &c. Et infra: Sed sciam Corozain, & Behsaiida permissis converti, & fideles ex ipsa Behsaiida fieri, si hoc in eis Dominus voluisset operari.

XXVII. Objicit quinto P. Typhanus novissimus Societ. Scrip. qui Anonymus nuncupari solet. Scientia conditionata plures arguit imperfectiones, ergo in Deo non datur. Antecipat primo. Particula si est nota compositionis, nempe conditionati cum conditione: immo & discursus, idem enim est dicere, si Sol lucet, dies est, ac dicere Sol lucet, ergo dies est. Secundo, dicit suspensionem, hesitationem, & otiositatem. Suspensionem, quia nihil videt determinationem, immo fingit, ut si esset, quod revera non est. Otiositatem etiam, cum enim habeat Deus scientiam absolutam de existentia, vel non existentia conditionis, & conditionati, otiose se gereret, sicut qui videret Solem lucentem, & diem, otiose diceret, si Sol lucet dies est. Tandem cum Deus non cognoscat illa futura conditionata in se ipsis, quia in se ipsis nihil sunt, neque in aeternitate, cum nunquam futura sint, videt ea in suis causis: sed de effectibus, ut in suis causis sunt haberi nequit cognitio, nisi conjecturalis; ergo &c.

XXVII. Primo retorquetur argumentum. Si enim ex scientia conditionatorum certa, quam nos admittimus, sequuntur imperfectiones in Deo, multo majores sequuntur ex scientia, seu cognitione solum conjecturali, quam ipse admittere debet, cum ex illa sequatur ulterius incertitudo. Adde. Haec imperfectiones, quae ipse fingit sequuntur etiam ex scientia de conditionatis necessariis hanc autem quis Catholicus Deo denegabit?

XXVIII. Secundo respondeo directe, ex scientia conditionatorum non sequi in divina cognitione, neque compositionem, neque discursum, sed quod uno indivisibili obtutu cognoscat ea, quae a nobis enuntiative, compositivae, & discursive cognoscuntur, seu quod cognoscat enuntiativa, non enuntiative, discursive, non discursive, ut docet D. Th. hac q. 14. art. 14.

Neque est suspensio, aut hesitatio, quia cognoscit eventum determinate futurum sub conditione; quod si non cognoscit existentiam conditionis, hoc ideo est, quia pro illo signo nondum est cognoscibilis, quia pro eo signo nihil de ea statuit.

Neque est otiosa: pro eo enim signo nondum habet scientiam de existentia absolute conditionis, quia nondum concepit, eam statuisse; cognoscit tamen, quod si poneretur, sequeretur eventus, quia sic decreto suo conditionato statuit, ut dicemus.

Tandem non sequitur, cognitionem illam esse tantum conjecturalem, quia videt effectus, non in causis suis conditionatis nuda jampis, & in seipsis, sed ut decreto suo voluntatis subfuit, ex quo determinatur ad ponendum effectum sub hypothese, quod existit conditio. Sed jam de isto decreto, de quo apud nos, & Meditator acerrime controversatur, agendum est.

D E B I T U M I I

An circa contingentia conditionata sint admienda in Deo decreta absoluta quidem ex parte subjecti, sed conditionata ex parte objecti?

S. I.

STATUS DIFFICULTATI.

Ad sternendam viam istis, quae inferius dicturi sumus, praemittendum hoc dubium est. Si enim circa futura conditionata dantur in Deo decreta actus, & subjective in eo existentia, quibus statuat, & potius futura, posita conditione, quam non futura, jam scientia, quia illa futura non est, utpote fundata in decreto de eorum conditionata futuratione, erit libera, non medi inter liberam, & necessariam. I. Notandum ergo est, triplex decretorum genus posse distinguui in Deo. Primum absolutum tam ex parte subjecti, quam ex parte objecti, quod Deus absolute, & absolute illa conditione ex parte objecti statuat; aliquid facere, vel per se ipsum, vel per causam creatam, quod his verbis exprimitur: Volo producere mundum: Volo Auti Christum esse tali tempore. Et hujusmodi decreta in Deo dari, fidentur omnino; cum huius decretis plena sint Sacrae Paginae; tum etiam, quia videmus, multa absoluta, & independentia ab omni conditione fieri; ergo vel dicendum est, haec fieri praeter Dei voluntatem, vel in Deo dari voluntatem, vel decretum absolutum tam ex parte subjecti, quam ex parte objecti, quod voluit ea fieri.

II. Secundum genus decretorum est conditionatum tum objective, hoc ex parte objecti, tum subjective, seu ex parte subjecti, seu est, quod non existit actu in Deo, existit tamen, vel existit, si ponatur, vel poneretur aliqua conditio, quod explicatur his verbis: si Petrus oraverit, decernam illi concedere, quae postulaverit: seu: si Paulus ierit, ad concionem, vellem ipsum laudare: quod non designatur actualis efficax volitudo cum laudandi, sed potius eam me habiturum, supposito, quod est ad concionem. Et haec sunt decreta, quae Patres Societatis admittunt in Deo circa futura conditionata, non quod actu sint, sed quae esse, si &c. Sicut enim, inquit, futurum conditionatum est illud, quod non erit, sed esse, si ponatur &c. ita ad illud requiritur decretum, non quod

fit, sed quod actu esset, si poneretur, vel quod erit, si ponatur illa conditio.

III. Tertium decretorum genus dicitur absolutum ex parte subjecti, & conditionatum ex parte objecti, quod actu quidem existit, de re tamen ponenda non absolute, sed sub aliqua conditione, seu quo Deus absolute statuit aliquid futurum, si talis, vel talis conditio ponatur, quod sic explicari potest: Volo dare Petro, quae postulaverit, si oraverit: vel: volo illi dare gratiam, si audiat concionem. Dicitur autem hoc decretum subjective absolutum, quia actu existit in Deo, ad differentiam decreti subjective conditionati, quod actu non existit, sed existere, si &c. Dicitur quoque conditionatum objective, quia res decreta non erit, nisi conditio praefixa ponatur, ad differentiam decreti absolute objective, quae res decreta independenter ab omni conditione erit. De hoc praefens est quaestio, an in Deo revera detur circa futura conditionata contingentia?

S. II.

Afferio Affirmativa.

IV. Deo. Circa futura contingentia conditionata dantur in Deo decreta absoluta ex parte subjecti, & conditio, nita ex parte objecti. Ita omnes discipuli S. Thomae, & veteriores Scotistae. Prob. primo. Quia, ut vidimus, tota rerum contingentium fututario pendet a decreto, & voluntate Dei; ergo, sicut non potest aliquid esse absolute futurum, nisi Deus decreverit, illud absolute futurum esse: ita nequit aliquid esse futurum sub conditione per se non connexa, nisi Deus decreverit, illud sub tali conditione eventurum. Unde enim sub tali conditione indifferenter ad eventum, vel non eventum, eveniret potius, quam non eveniret, nisi esset, qui talem conditionem ad eventum ordinaret.

V. Probatur secundo. Quia, ut diximus, & dicemus, pro priori ad decretum Dei nihil est determinate futurum, sed quidquid est, contingens est ad esse, vel non esse ergo ab illo divino decreto, non magis futura esse conversio mea sub conditione auditiois concionis, quam non futura, quia concio secundum se nullam dicit connexionem cum existentia meae conversionis. Quot enim audiebant conciones Christi, quorum tamen pauci convertebantur, & credebant in ipsum, immo plures, & sapientiores avertentur ab ipso? Qui ergo, audito Christo, convertentur, hoc ideo erat, quia decreverat Deus, ut, si Christum audirent, converterentur. Sed de his infra.

VI. Probatur tertio pluribus Sacrae Scripturae locis, quibus Deus revelavit, se multa futurum, si talis, vel talis conditio poneretur, quae tamen conditio non erat implenda; ut Genes. 18. quod dederunt non esse Sodomas, si in ea quinquaginta, vel triginta, vel viginti, vel decem Justi fuissent: quod Rex Joas expugnaturus esset Syrios, si quinquages, aut sexages, aut septies terram jaculari Rex ipse percussisset. 4. Regum 13. quod Salomon servaturus esset Regnum, si tam Salomon, quam ejus posterum mandata divina servarent. 3. Regum 9. & aliae ejusmodi: ergo aderat in Deo voluntas talia promissa implendi, si dicte conditiones impleverunt. Conseq. probatur primo. Deus enim potuisset absolute, etiam postis Justis, Sodomas non salvare: stante percussione terrae jaculo facta flexis, aut flexis a Joas, ad Syriae devastationem non concurrere: postea etiam observantia mandatorum, Regnum Salomonis, & posteris non servare; ergo, ne promissiones illae falsitatis exponantur, & minus veraces reputentur, dicendum est, haec Deum certo promississe, quia jam apud se certo statuerat, omnia illa, etiam contingentia, determinate futura, si apposita conditiones impleverunt.

Secundo probatur conseq. Quando talia, & similia pronuntiabat Deus conditione futura, vel ejus voluntas erat determinata ad ea implenda, postis conditionibus, vel non. Si primum, habebamus intentum; quia illa voluntas, utpote libera, erat aliquid decretum liberum; & cum res volita non esset ponenda absolute, sed dependenter ab aliqua conditione, non erat decretum, prout absolutum, sed conditionatum ex parte objecti, & absolute futurum de dicta noquit. Tum quia, si non erat in Deo voluntas determinata implendi, quae promittebat, postis conditionibus, quomodo faceret, & verax fuisset illa promissio, sicut quomodo faceret, quomodo promissio illius, qui diceret, si pugnaveris, dabo tibi operam, cum non haberet voluntatem implendi, postea conditione? Tum etiam, si voluntas divina actu non esset determinata ad ea ponenda sub conditione, quomodo poterat res enuntiata, & promissa esse determinate ponenda sub illa conditione, cum voluntas divina, a qua ejus determinatio dependet, esset determinata?

Igitur, si non potest stare promissio verax, & sincera absque animo, & voluntate adimplendi, absolute quidem, si promissio sit absoluta, & conditionata, si promissio sit ex parte rei promissae conditionata, si insuper nequit aliquid esse sine absolute, five sub conditione futurum, quid intelligitur dependentia a voluntate Dei, a quo omnia pendunt; non video, quomodo salvari possit, quod aliqua sint contingentia futura sub tali conditione inconnexa, quid supponatur, a Deo sic fuisse statutum; nec Christus Math. 26. w. 53. adeo sidenter dixisset Petro: An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo phylaxum duodecim legiones Angelorum? nisi certus fuisset Patrem suum dederuisse, eas illi exhiberi, si ipsum rogasset.

VII. Dicunt Adversarii, quod sicut futurum sub conditio-

ne non ponenda de facto non est, sed esse si etc. ita non requirit decretum in Deo, quod actu sit, sed quod esse, si etc. Elio autem divinis decretis repugnet futurio absoluta, non tamen conditionata.

Ut hæc responso confutetur, fit

§. III.

An pro priori ad decretum subjective in Deo existens possit Deo futura conditionata certo cognoscere?

VIII. Dico. Negare necessitatem decreti actu in Deo existens certam futuram conditionata est Deo negare cognitionem certam illorum. Hac assertionem radice evelitur scientia media, de qua in sequentibus. Et probatur. Negare necessitatem decreti subjective actu in Deo existens circa futura conditionata est negare, ea certo esse, adhuc posita conditione, futura; ergo est negare, ea certo a Deo cognosci, ut conditione futura. Anteced. probatur. Negata causa dante futuritionem, negatur effectus ex ea procedens; sed, negato decreto actu, & subjective in Deo existente circa futura conditionata, negatur causa futuritionis; ergo negatur, ea esse conditionate futura. Min. superius fuit ostendimus, & iterum, ut D. Thomæ doctrinam (quidquid obstrupatur in contrarium) proponimus: nam 1. part. qu. 16. art. 7. ad 3. illud (Inquit) quod nunc est ex eo futurum fuit, antequam esset, quia in causa sua erat, ut foret. UNDE SUBLATA CAUSA NON ESSET FUTURUM ILLUD EIERI. SOLA AUTEM CAUSA PRIMA EST ETÆRNA. Unde ex hoc non sequitur, quod ea, quæ sunt, semper fuerit verum, ea esse futura. NISI QUATENUS IN CAUSA SEMPTERNA FUIT, UT ESSENT FUTURA, QUÆ QUIDEM CAUSA SOLUS DEUS EST. Ubi observo, Div. Thom. ibi respondere argumento conanti ostendere, aliquam veritatem creatam esse æternam, eo quod ab æterno fuit verum, res, quo modo sunt, esse futuras. Cuius doctrinam in corpore illius articuli statutam, nempe quod veritas in solo Deo æternitatem habet, respondeo, futura vera non esse, nisi quatenus in causa sempiterna fuit, ut essent futura, quæ quidem causa solus Deus est: & quæ sublata causa, nempe Deo, non essent futuram illud heri. Quia doctrina evertitur tota Molinistarum doctrina. Nam D. Thom. non distinguens inter futurum absolutum, & conditionatum dicit primo, quod futura, ex quo semper, & ab æterno sint futura, debent habere causam, quæ ab æterno sit: quibus excludit causam, quæ erit, vel quæ esset. Secundo, quod hæc causa non alia est, quam ipse Deus, agens nimirum per voluntatem, utpote liberum, quibus statuit, Deum esse causam futuritionis per decretum. Tertio, quod futurum non habet veritatem in se, sed solum in Deo, seu in divino intellectu, quod excludit veritatem obiectivam ex eventu, quam contrarij consingunt. Tandem dicit, quod sublata causa, nempe Deo, non esset futurum illud fieri, quod statuit, futurum non esse pro priori ad decretum divinæ causæ, & consequenter nec posse pro priori ad illam, ut futurum cognosci. Quibus tota nostra doctrina statuitur, & contraria evertitur.

IX. Probo secundo, non sufficere ad veritatem futuri conditionati decretum, quod esse, si. Primo sic. Elio de futuro conditionato verificatur modo, quod erit, vel esse existens, si non tamen verificatur, quod erit, vel esse futurum, si: sed modo, immo ab æterno ad futurum, si sicut esto de futuro absoluto verificatur, quod erit existens, non tamen verificatur, quod erit futurum, sed ab æterno est, & fuit futurum; ergo licet decretum, quod esse, foret sufficienti ad dandam actualem existentiam, non tamen ad dandam futuritionem futuritionem etiam conditionatam. Consequenter probatur ex principio Adversariorum. Sicut ad effectum, qui modo non est, sed erit, vel esset, non requiritur causa, quæ sit, sed quæ esset: ita ad effectum, qui modo est, dati debet causa, non quæ erit, vel esset, sed quæ modo sit; ergo cum futurum conditionatum modo, immo ab æterno sit actu existens, quia tamen est actu futurum, petit actu habere causam suæ futuritionis. Tum sic. Sed futura non sunt futura, nisi quatenus in causa sempiterna fuit, ut essent futura, quæ quidem causa solus Deus est, ut ait D. Thom. laudatus; ergo causa, cur modo sit conditionate futura est Deus, in quo ut in causa sempiterna fuit, ut essent, si poneretur condicio.

X. Confirmit. Sicut possibile nunc non est existens, est tamen nunc, & ab æterno possibile esse, ita futurum nunc non est, est tamen nunc, & ab æterno futurum esse; sed possibile, ut sit possibile, petit Omnipotentiam, quæ actu sit tamquam causa suæ possibilitatis; ergo futurum, ut sit futurum, petit actu causam sempiternam, in qua sit, ut sit futurum.

XI. Virgo magis dicta. Elio futurum conditionatum sit illud, quod non est, sed esse, si, attamen dari debet nunc determinativum, quo potius esse, si, quam non esse; sed hoc determinativum non potest esse ipsa conditio, quia hæc supponitur contingenter connexa cum eventu, nec potest esse D. Th. in 1. dist. 38. q. 1. art. 5. ad 2. quod futurum contingens non est determinatus eorum, antequam fiat, quia non habet causam determinatam (loquitur de causa creata) & hæc q. 14. a. 13. ait: quicunque cognoscit effectum contingentem in causa sua tantum, non habet de eo, nisi conjecturalem cognitionem. Neque in causa creata sub decreto, quod esset, vel

sub tali auxilio. Tum quia non potest haberi denominatio, & determinativum nunc ab eo, quod nunc non est; sed esset. Tum quia decretum illud, vel esse, ex sua natura efficitur ad eventum, sicut & auxilia efficaciter infirmitatem eventum, vel illud, & ista essent indifferentia, & determinanda ab alio. Primum horrent Adversarij fatari. Secundum vero non subsistit. Quomodo enim possunt esse determinativa, ut eventus esse, si, quæ suprà natura indifferentia sunt, & determinanda ab alio?

XII. Hinc preventa manet familiaris Contrariorum responso, quod scilicet ipsa existentia, pura consensus, quæ fuit si etc. sit medium obiectivum, & determinativum cognitionis divinæ, determinativum autem efficiens sit voluntas creata, quæ pro sua libertate sub illo auxilio, & decreto consentiret potius, quam non consentiret. Deus autem quavis causæ formalem illam determinationem, non tamen est determinativum adhuc efficiens, quia non concurre per decretum determinativum, sed indifferentem, & determinandum a creata voluntate.

XIII. Manet, inquam, præventa illa responsio. Tum quia proflus contraria doctrina D. Thom. aperte dicitis, futurum non habere veritatem, nisi in causa prima, & in tantum esse futurum, in quantum in ea est ut futurum sit. Tum quia, quomodo consensus prævideri potest determinate futurum, si ex decreto, aut auxilio Dei, si ex determinatione voluntatis creata, cum omnia ista indifferentia sint, & determinata si magis potest Deo prævidere consensum determinate in voluntate creata, quam in sua voluntate divina.

Deinde medium obiectivum, & determinativum intellectus divini debet esse pro priori ad existentiam consensus, sicut & pro priori ad intellectum divinum; sed existentia consensus nequit esse pro priori ad futuritionem sui ipsius, neque pro priori ad intellectum divinum; ergo non potest esse determinativum ad futuritionem sui ipsius: quia posterius in quantum tale nequit esse determinativum prioris; ergo etc. Minor pro prima parte prob. Quia prius est, existentiam esse futuram, quam existentiam existere. Pro secunda etiam probata manet ex supra ostensis, quod nimirum res non ideo sciuntur a Deo, quia futuræ sunt, sed ideo futuræ sunt, quia sciuntur a Deo.

§. IV.

Contrariorum fundamenta contra primam assertionem.

XIV. Decreti subjective absoluti, & conditionati obiective circa contingencia conditionate futura necessitatem excutere conatur primo: quia videtur esse otiosum, ridiculum, & imprudens. Otiosum, quia, si sit de conditione nunquam implenda; ad nihil conducit, cum nullum foriatur effectum. Ridiculum, & imprudens, sicut enim ridiculum, & imprudens esse hoc decretum, si chimæ prædicatur, conservato illam decem annis: & sicut in humanis stultum esset ita decernere, Volo tibi dare centum aureos, si per aera volaveris; non alia de causa, nisi quia talia decreta sunt de conditione impossibili; ita videtur ridiculum, & imprudens, ponere in Deo decretum de conversione Tyrriorum sub conditione prædicationis Christi, reddita impossibili per aliud decretum, quo Deus statuit, Christum apud Tyrros non prædicaturum.

Rursus sicut imprudens & ridicula esset voluntas sic staturus, Volo tibi dare centum aureos, si ad eam venero, qui simul statureret, de eorum non venturum; ita in Deo videtur ridicula & nugatoria, immo illulorosa voluntas dandi gloriam alicui sub conditione prædicationis, conjunctam cum voluntate, quæ Deus decrevit, illum non prædestinare.

XV. Resp. negando assumptum. Sicut enim dici non potest, divinas promissiones, quibus Deus promittit multa faciendâ sub conditione, quam certo novat, immo decreverat non esse ponendam; esse otiosas, imprudens, aut ridiculas; ita nec otiosa sunt, aut ridicula illa decreta, sine quibus illæ promissiones subsistere non poterant, ut superius ostendimus.

Ad primam inquit probationem nego, illa decreta fore otiosa. Licet enim non fortiantur effectum, quantum ad positionem rei decretæ sub conditione. Si vel non decreverit, ut Deus certo cognoscat veritatem, aut falsitatem, positionem contingentium conditionalium, ut probatum est; hæc autem cognitio valde conducit in Deo ad universi gubernationem: ad sapientem enim provisorum perinet præcise, quid futurum sit in hac, vel illa rerum combinatione. Quare decreta de futuris in Sacra Scriptura revelatis certè ad aliquem finem conducunt, vel ad manifestandam divinæ providentiæ gubernationem, vel divinæ misericordiæ propensionem, vel benignitatis affectum.

Ad secundam conc. antec. nego consequentiam, & suppositum, quod talia sit decreta, quæ a nobis admittuntur. Sunt enim de conditione quidem absolute non futura; sed non absolute impossibili, qualia sunt ea, quæ obijciunt arguens: sicut ex eo, quod Deus certo cognoscat, & efficaciter decreverit, alium mundum non producere, non sequitur, alium mundum per hoc esse absolute impossibilem, sed solum non esse futurum.

Ad tertiam dico. Taliâ decreta in nobis forte essent nugatoria: non tamen ferre, maxime accedente rationabili causa. Quare si aliquis desideret pati apud Tyrros martyrium sub conditione, quod eat ad illos, & ex rationabili motivo habeat animum non eundi ad illos, talis voluntas est profus laudabilis.

lis. Verum dato, quod in nobis esset otiosa & nugatoria talis voluntas, non tamen in Deo. Nam etsi caret eventu sub conditione volito, habet tamen alios fines; præsertim ut Deus certo cognoscat veritates conditionatas, & ut interrogatus de tali futuro possit certo & veraciter respondere, illud eventurum sub tali conditione, vel non eventurum quod non posset Deus sine tali decreto, ut ostensum est. Sicut enim utlem prædicant Adversarij suam scientiam mediam, quia per eam dirigitur Deus, ne erranti, & cæco modo formet sua decreta; ita utilia, immo necessaria potiori jure censent decreta subjective absoluta, & obiective conditionata, & in casu, ut cognoferet, & certo pronuntiaret Tyrriorum conversionem futuram sub conditione prædicationis Christi, cum sine tali decreto cognoscere, nec asserere certo potuisset, quavis ex causa sibi notis Christus apud Tyrros prædicare noluerit.

XVI. Secundo obijciunt. Si in Deo admittitur decretum subjective absolutum, & obiective conditionatum circa unum, vel alterum conditionatum, admitti debet circa omnes combinationes, non solum revelatas in Scripturis, sed circa omnes etiam possibile sub conditionibus etiam disparatis: sicut enim tale decretum non repugnat Deo circa aliam, nec repugnat circa omnia; sed hoc videtur ridiculum: quis enim concipere posset sine risu in Deo hoc decretum, Volo Tyrarum converti, si mulla volent Imperatorem salutare, si Papa dormiet?

XVII. Quæro ab Adversariis, si Deus per suam scientiam mediam cognoscat quodcumque futurum sub quacunque combinatione etiam possibile, etiam disparata, & an certo ea cognoscat? Si respondeant, certo non cognoscere omnia, sed solum ea, quæ revelavit dicam ego, cur non omnia? & si non omnia, ulterius dicam, nec dari in Deo decreta circa omnia sub quacunque conditione possibili, & disparata. Si respondeant: Deum per scientiam mediam certo cognoscere omnia conditionata, ut determinate futura sub quacunque combinatione, possibili, & disparata: inferam; ergo circa omnia habet decretum de eorum futuritione sub quacunque conditione, quia sublato illo decreto nec essent futura, nec possent ut talia a Deo certo cognosci, licet.

XVIII. Respondeo primo, negando maj. quia sicut necesse non est, ut Deus cognoscat omnes combinationes possibile sub conditionibus etiam disparatis, ut determinate futuras, sed solum eas, quæ conducunt de facto ad finem aliquem præsentis Providentiæ, ita necesse non est ponere in Deo decreta circa omnia conditionata, sed solum circa ea, quæ nobis sunt revelata, vel quæ in præsentis providentiæ conducere possunt ad aliquem ejus finem. Perfectæ namque providentiæ Dei rationabiliter nobis suadet, quod Deus decreverit, & sciat ea omnia, quæ quovis modo conungi possint cum creaturis a se productis in ordine ad finem ab ipso præsumum. Non tamen, ut inde rationabiliter judicemus, quod Deus disposuerit circa omnes combinationes possibile circa res mere possibile & eas ut certo futuras cognoverit: cum horum cognitio nihil serviat Providentiæ suæ, & ad nullum ejus finem conducere possit. Et hoc indicat S. Thom. in 1. ad 4. dicens: Deus nihil potest facere, quod non esset ab eo volitum, si foret; immo in potestate sua multa sunt, quæ modo nec voluit, nec bona sunt, quia non sunt, nec nunquam erunt.

XIX. Si tamen contendant, Deum præcise determinate omnino quæcumque futura conditionata etiam circa possibile, cogentur admittere in Deo decreta circa omnia, quia, ut probatum est, determinata futurio rei contingentis, sive absoluta, sive conditionata a decreto Dei dependet. Neque hoc est ridiculum, sicut ridiculum non est, quod ea omnia novat sub quacunque combinatione, etiam disparata. Quid enim magis disparatum est, quam percussio Syriæ cum percussione terre jaculo, & tamen Deus decreverat, quod si Joas scierit, aut septies terram jaculo percussisset, Syriam devallasset. Ut supra dixi ex 4. Reg. 13.

Quod si dicat, tale combinatio esse infinitas, nec sub certa intentione agentis posse cadere; Respondebo, non posse cadere sub certa intentione agentis decernentis ea omnia simul in reponenda, bene tamen, si decernat, omnia ponere solum divise: & sicut unico actu omnia quæcumque sub quibuscumque combinationibus novit, ita unico actu ea omnia decrevit. Urtaque responso probabilis est. Unico Verbo. Vel Deus ab æterno de omnibus conditionatis sub quacunque combinatione decrevit, vel non. Si decreverit omnia sunt determinate futura sub illis conditionibus. Si vel non decrevit, vel decrevit opportum: sunt determinate non futura.

XX. Tertio obijciunt. Omne decretum divinæ voluntatis inferit, & causat aliquam realem, & physicam mutationem in re volita; sed decreta conditionata quorum condicio nunquam ponitur, nullam possunt inferre in re volita mutationem defectu conditionis, quæ nunquam ponitur; ergo illa non dantur.

Argumentum, quod magnificatur a P. Vaquez, nihil valet, etiam apud Contrarios. Nam ipsi dicunt, Deum habere decretum generale concurrendi cum voluntate ad omnes actus liberis ejus, concursu generali, & indifferenti, si ipsa voluerit, influere: quod decretum habet Deus etiam respectu voluntatis, quæ non est operatura, & consequenter in qua nulla sequitur mutatio physica.

Respondeoigitur, quod decretum Dei, si sit absolutum, debet inducere in re volita mutationem realem physicam absolutam. Si vero fit solum conditionatum, non debet inducere mutationem realem absolutam, sed solum sub conditione: id est, sufficit, quod ex vi illius mutetur creatura physica, si conditio impletur. Et hæc mutatio solum conditionata requiritur

ad distinguendum obiectum decreti conditionati ab obiecto decreti absoluti. Tamen ex vi decreti conditionati sequitur in obiecto aliqua mutatio obiectiva, quia de obiecto mere possibili transit in futurum sub conditione.

XXI. Dices; obiectum divinæ voluntatis est aliquod bonum a Deo amabile; sed futurum conditionatum de conditione nunquam implenda non est in actu bonum, & amabile; ergo etc. Min. prob. Eo modo aliquid est bonum, quod est, vel dicit ordinem ad esse; sed futurum sub conditione non ponendi actu non est; sed esse, si ergo non est actu bonum, sed esset bonum, si poneretur conditio.

Confirmitur. Quod actu coloratum non est, sed esset coloratum sub aliqua conditione, non est actu obiectum visus, sed esset; ergo quod actu non est bonum, sed esset, non est actu obiectum voluntatis, sed esset.

XXII. Respondeo, nego min. ad prob. dist. min. non est absolute, conc. min. sub conditione, nego min. Futurum enim eo modo respicit esse, quo est determinatum ad esse. Si est determinatum absolute ad esse, absolute illud respicit. Si vero est determinatum ad esse sub conditione, sub conditione illud respicit. Hac autem respicientia existentie est aliqua bonitas inchoata discriminans rem a pure possibili, & reddens eam capacem actu terminandi actum inefficacem amoris divini.

XXIII. Ad confirm. dico, in ea fieri magnam æquivalentiam. Aliud enim est, aliquid sub conditione futurum, sub illa conditione, sub qua est futurum, esse bonum, & amabile, quod dicimus nos. Aliud, esse amabile id, quod non est actu bonum, sub conditione, quod sit bonum, ut intendunt arguens, & nos negamus. Conversio enim Tyrriorum est amabilis a Deo, non sub conditione, quod esset bona, sed quia est bona, utpote futura sub conditione prædicationis Christi. Quare futurum conditionatum licet non sit, sed esset, non tamen non est bonum, sed esset, immo est actu bonum: & sic exemplum de colorato non est ad rem.

XXIV. Obijciunt quarto. Si in Deo esset decretum obiective conditionatum de conversione Tyrriorum sub conditione prædicationis Christi, essent in Deo due voluntates repugnantes, nimirum voluntas conversionis, & voluntas non conversionis: cum enim Deus efficaciter noluerit, Christum prædicare Tyrriis, a quo, ut a conditione pendebat eorum conversio, dici debet, Deum noluisse eorum conversionem, & sic eam voluisse, & noluisse. Quod idem est ac si quis diceret, se velle omnino sanitate alicujus, & toto studio ab illo amoveret remedia necessaria ad sanitate acquirendam.

XXV. Respondeo, nego maj. Illæ enim diversæ voluntates non sunt contrariæ, & repugnantes, quia non sunt de eodem obiecto formali, sed materiali tantum: sicut nec in Christo voluntas conditionata non moriendi, & voluntas absoluta moriendi; & in mercatore posito in periculo naufragii, voluntas salvandi merces, & voluntas eas proiciendi; immo in ipso Deo contraria non sunt voluntas antedictas salvandi omnes, & voluntas aliquos reprobandi; ob rationes dicendas in Tractatu de Voluntate Dei. Sic ergo voluntas conversionis Tyrriorum sub conditione prædicationis Christi non est opposita voluntati absolute efficaci tendendi ad illos Christum, quia conversio volita sub conditione, & nolita absolute est diversum obiectum in esse obiecti, quod sub ratione diversæ inspeccionis, sicut mori, & non mori erit Christo diversum obiectum, & ideo sub una consideratione volebat mori, sub alia volebat.

D U B I U M III.

An futura contingencia conditionata cognoscat Deus per scientiam, quam vocat mediam?

§. I.

De origine, & progressu Scientiæ Mediæ.

I. Controverfia hæc, quæ totum Orbem Catholicum jam implevit, ac Theologorum Academiis in partes distinxit, serio a nobis tractanda est. In hac re tota Schola vere Thomistica contra Scholam Patrum Societatis acriter semper pugnavit, & pugnat adhuc, adeo, ut utriusque Tesseræ, & Character esse videatur.

Longum esset hujus scientiæ mediæ ortum, progressum, ac fortunam recensere. Hoc præstaturum multi, & ex Societate, & ex nostris. Ex Societate inter cæteros P. Henao in sua Scientiæ mediæ historice præsentia, Ex nostris multi, Joannes a S. Thom. in 1. p. q. 14. disp. 20. art. 1. Lemos tum in Panoplia, tum in Actis Congregationum de Auxiliis, & novissime P. Seery in sua Congregationum de Auxiliis Historiæ. Nos, qui non historiam trahere, sed Theologicis veritatibus Candidatos imbueri aggressi sumus, rem hanc stricto calamo percurramus.

II. Si P. Molinæ fidem habemus, antequam tempora ignotam fuisse penitus scientiam mediam, & ex ejus mente primo conceptam, ortamque existimabimus. Is enim Vir Societatis Alumnus, & in Eboracensi Academia Professor, in sua, quam edidit, jam a triginta annis concepta Concordia ad qu. 23. art. 4. §. 1. scribere non dubitat, in illis, quæ ipse tradiderat de scientia mediæ futurorum sub conditione, sitam esse rotam rationem conciliandi libertatem arbitrii cum divina gratia, & prædestinatione, addens: quæ si dara, explanataque semper fuisset, fore neque Pelagianam hæresis fuisset exorta, neque Lutherani tam impudenter arbitrii libertatem sustulissent, nisi negare etc. Deinde. Hæc nostra ratio concilianda libertati arbitrii cum divina prædestinatione, a nemine quem vidimus, fuit hucusque tradita. Subdit. Si ab Augustino ea dara, & explanata fuisset.

Scientia Media quid sit?

Sec. Pelagianus haec nunquam fuisse exorta, neque ex Augustini opinione, concorporationisque ejus cum Pelagianis...

Verum P. Suarez a scientia media novitatis notam abstergere, suoque hac gloria privare prudentius existimat...

III. Hoc certum judico, scientiam mediam fuisse antiquis notam: Eam enim agnovisse Arianos, testatur Didacus Alvarez...

IV. Scientiam mediam agnovisse, eaque usos, sive abufos fuisse etiam Pelagianos, & Semipelagianos, in fuorum errorum patrocinium eam advocantes, testantur litterae Prosperi...

V. Cum itaque hac eadem P. Molina in sua Concordia, quam anno 1588. typis Ulisiponenfibus evulgavit, dicere audeat...

VI. Quid vero Romae actum sit sub Clemente praefato in delegatis Congregationibus: qua mentis intentione in eis coram Summo Pontifice disputatum sit a Doctissimis Viris...

VII. Nominem Scientiam mediam non intelligimus scientiam futurorum contingentium conditionatorum...

Neque scientiam hanc ideo vocamus conditionatam, quia in Deo actu non sit, sed effectus, si poneretur conditio...

VIII. Quaestio igitur inter nostros, & Societatis professores est, an ejusmodi scientia de contingentibus liberis, quae essent, si conditio poneretur, supponat in Deo actu existentem...

IX. Ex dictis liquet, cur scientia nostra conditionatorum dicatur libera. An autem dicenda sit visiois, an simpliciter intelligentis, inferius dicam, quod probabiliter existimem...

X. Sed contra primum. Efto Deus fit, qui dat gratiam, gratia tamen prout a Deo venit, est tantum sufficiens, & dans posse agere, non vero efficaciam, & actu operari bonum...

XI. Simili discursu S. August. l. de Praedest. SS. cap. 5. Semipelagianus urgebat. Numquid enim per hoc dicitur, quae omnia communia sunt hominibus, discernuntur homines ab hominibus...

DE DIVINA IV. An Scientia Media favoreat Scripturae?

§. I. Resolutio dubii.

I. Deo primo, Scientia Media explicata, nimirum, qua Deus, priusquam decernat explorare, & certo cognoscere futurum consensum creatae voluntatis applicantis, & determinandi, videtur Sacrae Scripturae parum conformis...

conflum voluntatis sub. Sed postea scientia explorante consensum creatae libertatis, priusquam decernat, non operatur secundum propositum suum, nec secundum consilium voluntatis suae...

II. Rursus addere alia ejusdem Pauli verba ab Ephef. 2. v. 10. Ipsi enim factura sumus creati in Christo Jesu in operibus bonis, quae preparavit Deus, ut in illis ambulemus...

III. Verum sitam in alio Pauli textu ex 1. Cor. 4. v. 6. & 7. ubi reprehendens Corinthiorum elationem, quia Ministros Dei temere contemebant: Ne supra quam scriptum est unus adversus alterum inflatur pro alio...

IV. Contra primum. Petrum se discernere a Juda in his, quae non accepit, seu in naturalibus, est contra mentem Apostoli: ad consensum praevius ante decretum est innata libertate Petri, non in dono gratiae accepto...

V. Scio, vobis a contrariis responderi: praecipue tamen, Deum esse semper principalem discernentem, quia Deus est qui dat gratiam, sine qua homo nihil posset, quamvis eam acceptare, sit in potestate hominis...

VI. Sed contra primum. Efto Deus fit, qui dat gratiam, gratia tamen prout a Deo venit, est tantum sufficiens, & dans posse agere, non vero efficaciam, & actu operari bonum, habet ex homine, qui pro innata sui libertate eligit post se consentire, quam non consentire...

VII. Simili discursu S. August. l. de Praedest. SS. cap. 5. Semipelagianus urgebat. Numquid enim per hoc dicitur, quae omnia communia sunt hominibus, discernuntur homines ab hominibus...

VIII. Totum hoc exemplo oculis subjicere placet. Si ego praeviderem, si darem duobus gladium ejusdem acuminis, unum, illo bene usurum, & hostem superaturum, alterum vero cum eodem gladio ab hoste vincendum, utriusque eorum gladium darem...

gratia ut a Deo venit sit sufficiens, ac indifferens, & sine efficaciam ex voluntatis arbitrio consentientis, verum quidem erit, quod posse habere fidem (quod est commune) sit a Deo, sed actu habere fidem (quod discernit) erit ab homine...

IX. Contra id, quod secundo respondent, fatetur, ponere hominem in circumstantia favorabili potius, quam infausta, in solius Dei arbitrio, & potestate esse. Sed adiacet potest homo contra alterum inflari, & sese discernere, quod probabile sit...

X. Secundo probo, & confirmo dicta. Circumstantiae non habent ab intrinseco, & ex natura sua, quod sint favorabiles, vel infaustae, sed ex se prorsus indifferentes sunt ad utrumque, ut Adversarii fatentur...

XI. Sed obijciunt primo. Sapientia 4. v. 11. describitur permansisset, tentationibus succubisset, propterea ipsum rapere decrevit a mundi illecebris: vixit quia, ut multis mutaret intellectum ejus, aut ea filio deservire animam illius...

§. II. Exponitur Scriptura loca, quae videntur favore Scientia Media.

XII. Res. Deo ante finem decretum praevidebat, quod si Electus permansisset, tentationibus succubisset, propterea ipsum rapere decrevit a mundi illecebris: vixit quia, ut multis mutaret intellectum ejus, aut ea filio deservire animam illius...

XIII. Tertio, 1. Reg. 23. Davidi quaerenti, si Viri Gella tradidit in manus Saulis: & si Saul descenderet, isophanem Celi: & si Saul descenderet, quod Saul descenderet, & Gellae tradidit Ergo Deus eodem modo praevidebat, & Saulen venturum, si David ibi maneret, & Givus Sauli traditorum Davidem...